

1766, 11.
Ab: St.

SPECIMEN
CONTINENS
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM
DE
IVRE BONORVM
ABSENTIS
QVOD
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESEIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.
SOCIO
IN AUDITORIO PETRINO
DIE VII. AVGUST. ANNO CCCCCCLXVI.
DEFENDET
JOHANNES BARTHOLOMAEVS GAEHLER
GORLITIENSIS.

LIPSIAE
LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

STEGMELIN
CIVITATIS CONSTITUTIOVERSSAM
IARAE BONORVM
ABSENTIAS
MISSATÆ TOTORNÆ ORDINÆ GRATIA
PARASIDE
D. CHRISTIANO HUNR. BREVANNING
TYPICUS LIBRARIE ORGINI IN AIA NAL TE DENT
TYPICUS LIBRARIE ORGINI IN AIA NAL TE DENT
2000
IN AVANTIONE ETATI
DIE ANI VAGAT. ANNO CLODCCCLXII
ETATI
JOHANNES BRANTLOMVEAS GYHLER
GRIFFINIA
LIPSIÆ
TITULÆ LIBRARIE LUDOVINIANÆ

V I R O
AMPLISSIMO CLARISSIMO
BARTHOLOMAEO GAEHLER

HAEREDITARIO

IN LEOPOLDISHAYN ET LUDWIGSDORF

C A E T.

PATRVO ET SVSCEPTORI
SVO OPTIMO

D. D. D.

IOANNES BARTHOLOMAEVS GAEHLER

R E S P O N D E N S.

A I R O
A M P T I E S I N O C L A R I S I M O
B R U T H G L O M A E O G A F T E R

N A K R S D I T A R I O
I N T E S O L O D I S H A Y A N E T I A D M I C D O R E

L A T Y A O E T I S A Z C E T T O R I
S A O T O R T I M O

G A H N E R L
L O V N I N E Z B A T Y A O L I C H T A E Z
G A H N E R L

V I R
AMPLISSIME CLARISSIME
PATRVE ET SVSCEPTOR OPTVME.

*H*n edendo studiorum meorum academicorum specimine occupatus, sane cui id specialiter sacrum esse cuperem, inueni prope neminem, cui me plus debere scirem, quam TIBI VIR AMPLISSIME. Duxi itaque mei fore officii arrepta hac occasione et publice profitendi, non modo me quam plurima TIBI debere, verum etiam exiguo hoc academici laboris monumento obseruantiam et animi mei gratitudinem quam studiofissime ostendendi. Ignoscas ergo praecor hanc meam audaciam, simul rogans, ut eam aequi bonique consu-

* 2

las,

*las, magisque voluntatem respicias, quam grati-
tudinis debitae pignoris quantitatem. Dabo sal-
tem operam, ut et impostorum omni data occasione
ostendem, me quousque in me erit spiritus, semper
permansurum*

AMPLISSIMI TVI NOMINIS

Dabam

Lipsiæ d. VI. August.

MDCCLXXII

IOANNEM BARTHOLOMAEVM GAEHLER.

S R E S P O N D .



D E

IVRE BONORVM ABSENTIS.

§. I.

Est sane e republica, non tantum ciuium praesentium cui
ram habere, sed et interest, ut corum quoque respectus
habeatur, qui quidem praesentes non sunt, sed absen-
tes, at qui bona possident in republica. Et parum re-
fert, an ordinarie absint, possunt tamen praetendere iure de-
fensionem securitatemque in suis bonis, quamvis in persona
non egeant aliqua defensione, an extraordinaria eorum sit ab-
senta. Nec est παράδοξη, ciuem ordinarie absentem statuere.
Potest enim in hac prouincia bona immobilia habere, quorum
causa ciuis est, cum in alia prouincia sedem suarum fortuna-
rum domiciliumque habeat. Est inde, ut diuersa diuersarum
ciuitatum iura, diuersas quoque contineant dispositiones, quae
absentes eorumque bona concernant. Non quidem permit-
tit libelli breuitas, ut de omni absentium iure agamus, liceat ergo,

A 2

vt



vt varias tantum obseruationes dijudicemus maxime quae bona absentium tangunt.

§. II.

Primum de iure Romano. Permisit quidem hocce ius absentibus, antequam abirent sibi procuratores ad ea constituerē negotia, quae extra ius et iudicia peragebantur, modo non essent actus legitimi, qui sua natura non admittebant procuratores ad formularium cultum; sed sicut in omni causa iudicaria, et quae in iure peragebatur, procuratores non admittebantur, ita nec pro absentibus antiquissimo iure procuratorem agere potuisse constat, donec *lege Hostilia* permisum, vt in furti actione pro eo, qui apud hostes eset, vel pro absentibus pro republica procuratores admitterentur, sicut ex LL. XII. Tabularum admittebantur pro republica, in causis pupillorum, atque pro libertate. Coniicio, Praetores forsitan postea causam petiisse ex hac lege introducendae restitutionis in integrum ex capite absentiae maioribus XXV. annis concessae. Sed si de iure Romano procuratoris et curatoris mentio fit, ipse absens, antequam discederet ex sua prouincia, ipse sibi curatorem vel procuratorem constituere debbat, qui vel in iudicio, vel extra illud suas causas curaret. Vix enim deprehenditur in libris iuris civilis magistratum ex officio fuisse obligatum ad dandum curatorem absenti.

§. III.

Evidentur curatores ex officio a magistratibus dari voluisse. Sic enim rescribunt *Varo*: *Cum cognatos tuos nondum postliminio regressos affirmes, sed adhuc in rebus esse humanis, et bona eorum fraudibus diversae partis dissipari: interpellatus rector prouinciae prouidebit, eum sub obseruatione confusa constituere, qui stipulante seruo publico satis idonee dederit.* At vero verba: *interpellatus rector prouinciae clare ostendunt, non ex officio agere debuisse rectorem prouinciae, sed interpellatum, imo non dedisse procuratorem, sed prouidisse, vt procurator satis det idonee, qui cognatorum absen-*



absentium bona curabat. Hinc concludimus, potuisse forsan interpellatum magistratum dare curatorem, at vi officii nemine interpellante dedisse, merito negandum.

§. et IV. institutum abibit sicut in aliis

Iam ad patria iura. Quaerunt docti an absentium cura ex his institutis deriuanda, an ex lege romana? SIMON. diss. de curatore diu absentis, de cuius vita dubitatur, videtur in ea versari opinione, ut hanc curam ex romanis institutis deducat; quae vero sententia ita comparata, ut nulla ratione defendi queat. Nam si ad ea attendimus, quae viu fori comprobata sunt, nunquam ne quidem cogitari potest, haec ex iure illo recepto decidi posse. Admittunt iura patria adeo infantes, minores aliosque, qui rebus suis supereesse nequeunt: Haecce originem petant ex iure Romano? Et sic in aliis quoque. Rectus ergo mihi videtur CARPOVIVS P. III. Conf. XV. def. 48. §9. qui patrium institutum habet, quod forsan originem in conseruandi splendoris familiarium studio, et ipso familiarum nexu ultimam rationem habet. Ordinaria enim cura ipso iure ad proxime successorum absentis deuolutur. Eo autem deficiente vel non satis legitimato ad successionis ius ex officio a magistratu, cui et in hoc genere summa cura incumbit, alius, at vero tunc idoneus dari potest, qui et recte cauet et administrationis gestae rationes reddit.

§. V. in institutum abibit sicut in aliis

Est et praeterea in legitimo illo absentis curatore hoc singulare, quod cum ipse sit successor, nemini nisi absenti rationes gestae administrationis reddat, teste BEYERO in *Delin. Iur. Germ.* Lib. I. Cap. XXVII. §. 47. Sed quid? docet experientia interdum alias adesse curatores eosque datos a magistratu, qui cautione praefixa absentis bona curent, rationes magistrati reddant, qui dein cum cognatis agnatisque rationes communicat, ut si quae in his monenda notanda sint, moneant vel notent. Non inquiram iam, an non videantur potius agnati preferendi: id saltem mo-



neo, mihi non videri ex rationibus vniuersalis iuris male agere, magistratum, qui cum videat proximi agnati id vitae genus esse, ut facile bonorum suorum periculum pati possit absens, alium et magis idoneum constitutus curatorem, qui res absentis curet administraret redditis magistratui annuis rationibus, et in hanc causam data idonea cautione. Interest enim reipublicae cuius sua conservare bona, per quae reipublicae onera ferri debent.

S. VI.

Constitut vero haec absentis cura et in administratione bonorum, sive mobilium sive immobilium et in defensione iurium. At quaeritur, an vsufructuaria sit ea tutela seu cura absentis? Et magis est, ut hoc negemus. Cum enim reduci absenti teneatur ad reddendas rationes, ex hoc unico sequitur, vsufructuariam non esse, quippe ea est vsufructuariae curae ratio, ut bona restituat tantum non sequitur fructus, quos statim suos facit, ut propterea nihil habeat, cuius rationem reddat. Vi ergo contrariorum: cui mores imponunt necessitatem reddendi rationes, is praeter bona obligatus est, ad reddendos fructus, ut ergo haec absentis cura vsufructuaria esse nequeat.

S. VII.

In administratione vero bonorum ipsius absentis, id quoque peculiare videtur, quod cum minorennum aliorumque curatores egeant decreto magistratus in alienandis rebus suae curae commissis, absentis curator tali non egeat decreto, sed propria autoritate alienet, quod tamen intelligendum erit tantum de eo curatore, qui ipsius absentis est successor, neutquam, si magistratus absenti curatorem dederit, qui non aliter atque alii curatores decreto egerit, quoties absentis bona alienare velit.

S. VIII.

Durat haec absentis cura, donec reversus fuerit, quo casu a suo curatore recte rationes administrationis gestae petet cum ipsa-

rum rerum et fructuum atque accessionum restitutione. Secus vero, si mortuus sit, absens, eius mors probari possit, recte quidem cura illa finitur, sed in bonis tunc curator proximus haeres succedit, aut si alius non agnatus curator datus sit, bona proximo heredi ab eo restituenda, aut si non adsit, qui ex agnationis cognationis iure successionem praetendere possit, tunc emissam citatione eaque cum clausula praeclusiva, nemine comparente seque legitimante fisco dabitur successio. At quid? si nec reuertatur, nec mortuum esse absentem a quoquam probetur, quid iuris? Pro mortuo declarant, si per aetatem probabile fiat, ut pro mortuo declarari possit, ad heredum absentis petitiones. Iam quaerunt, qui annorum absentis aetatis numerus requiratur, ut probabiliter pro mortuo haberri possit: et aiunt, si septuagesimum aetatis suae annum superauerit absens recte eum mortuum esse praesumi. Saltem defendit inter alios hanc aetatis rationem CARPOZIVVS P. III. Conſl. LI. def. 57. et MENOCHIVS de Praefum. VI. 49. n. quibus Psalmi XC. autoritas pro lege fuit contra scribentis intentionem. Et praeualuit haec opinio Carpzouiana in foro, quidquid auctoritate L. 56. n. quib. mod. vſusfr. amittit, in contrarium et forsitan solidiori fundamento dicat Carpzouii perpetuus aduersarius FINCKELTHAVSIVS Obſeruat; 100. et alii, qui centesimo aetatis anno elapsō absentem mortuum praesumi posse contendunt. Excipienda vero erit legum dispositio extranea, vi cuius si quis a maiorenitate X. annos absens citatus non comparet, statim pro mortuo declaratur, cuius internam bonitatem iam non vrgeo.

§. IX.

Iam oritur noua quaestio: *An elapsō aetatis septuagenariae spacio, si pro mortuo absens habitus, totum eius ius expiret praeſcriptio ne aliqua in bona.* Arbitror distincte respondendum. Si enim, ut fieri solet in foro, elapsō hoc aetatis spatio absens citatus praeclusive, isque non compareat, et index decreto interveniente bona curatoribus proximis agnatis aut legitimis heredibus addixerit, videndum an negligentia tribuenda tunc non comparenti absenti possit, nec ne. Priori themate, si legitimam caufam aliquam, cur citatus non comparuerit, allegare nequeat redux post septuagesimum



mum aetatis annum, non dubitandum, recte eundem iure suo cedere, quod in bonis habuit. Contra, si cur non comparuerit et iustum allegare queat causam non comparitionis, eamque probare, vel non citatus publice fuerit, vel non peremptorie citatus sit, dubium non est, eundem sua iura non amittere, sed si post septuagesimum annum reuertatur, posse adhuc sua vindicare bona a suis heredibus, quibus ea addicta fuerant ex mortis prae sumptione. Quare et nonnunquam addictis bonis imponitur absens heredibus ut promittant, se bona, si absens adhuc reuertatur, tamen restitu rōs, nisi forsitan specialis prouinciae lex aliud quid constituat.

§. X.

Hinc memorabile est Decisum quod quondam *Imperator MATTHIAS d. XIX. Maii Anno 1516* ad Gorlitzenses dederat his verbis: Wenn einer 30 Jahr und Tag außer Land gewesen, und keine Nachricht vorhanden, ob er am Leben oder mit Tode abgegangen, sollet ihr desselben Zustand seinen nächsten Erben auf ihr Ansuchen eigenthümlich ohne allen Vorstand und Verzeihung abfolgen lassen, jedoch mit der Condition und Versprechen, da sich über Zuversicht mit den Abwesenden nach diesen was anders befinden und zutragen möchte, daß demselben dadurch nichts vergeben und seine Forderung unbenommen seyn solle.

T A N T V M



Leipzig, Diss. 1766 A 6



TA-OC



B.I.G.

1766.11.
Ac:st

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

D E

I V R E B O N O R V M
A B S E N T I S

Q V O D

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

E T S O C I E T A T . L I T E R . D V I S B V R G .

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

DIE VII. AVGVST. ANNO C I C I O C C L X V I .

D E F E N D E T

I O H A N N E S B A R T H O L O M A E V S G A E H L E R

G O R L I T I E N S I S .

L I P S I A E

L I T T E R I S V I D V A E L A N G E N H E M I A E .